



Nazwa instytucji

Książnica Cieszyńska

Tytuł jednostki/Tytuł publikacji

Monumentum historicum ecclesiae Teschinensis Augustanae confessionis a quatuor pastoribus munere ecclesiastico successive fungentibus erectum pro conservanda seculi primi memoria Anno Domini MDCCCIIX die XXIV Mensis Maji.


Liczba stron oryginału	Liczba plików skanów	Liczba plików publikacji
24	24	25

Sygnatura/numer zespołu **SZ Supl. II 01007**

Data wydania oryginału **1809**

Zdigitalizowano w ramach projektu pt.

Udostępnienie cieszyńskiego dziedzictwa piśmienniczego on-line



Fundusze Europejskie
Program Regionalny



Unia Europejska
Europejski Fundusz Rozwoju Regionalnego



NR INN. 107

MONUMENTUM HISTORICUM
ECCLESIÆ TESCHINENSIS
AUGUSTANÆ CONFESSIONIS
a
QUATUOR PASTORIBUS MUNERE ECCLESIASTICO
SUCCESSIVE FUNGENTIBUS
ERECTUM
PRO CONSERVANDA SECULI PRIMI
MEMORIA

Anno Domini MDCCCIX Die XXIV Mensis Maji.



33 3-14
Nie odczekać się w Repet.

T e s c h i n i i

Typis Thomæ Prochaska privilegiis Typogr. 1809.

пшено таи китайскими
символами. Видно он
старожилом выглядел.

Он был старым знатным человеком, ясно видно
каким он был, то есть
мужчина.

Изображение было сделано с большой
точностью, и
он был старым знатным человеком.

Синий цвет

PRÆMITTENDA.

Quod cospectui lectoris benevoli subjicitur Ecclesiae Teschinensis Aug. Conf. Monumentum historicum, quædam eaque præcipua exponit momenta, in fundatione, turris extruptione, & seculari ædis sacra duratione, obvia quorum memoriam, operis auctores, promotores testesque oculati, posteris traditam voluerunt. De successiva monumenti hujus historici constructione, lector benevolus hæc habeto.

Initia cultus religiosi, ab Augustissimo quondam Romanorum Imperatore, Hung: Boh: &c. &c. Rege, Archiduce Austriæ, supremoque Silesiæ Duce, Josepho Primo, gloriissimæ æque ac beatissimæ memorie, christianis & subditis augustanam confessionem profitentibus, in extremis Silesiæ superioris finibus, clementissime restituti, ad Annum MDCCIX, & publicationis diem XXIV Mensis Maji referuntur, fundamenta vero ædis sacræ huicce cultui destinatae, anno illi proximo MDCCX, die XIII Mens. Octobr. jacta fuere. Fundationis solemnia, pastorum unicus superstes, Ioannes Muthmann, Archidiaconus, litteris expressit, quæ una cum Effigie Augustissimi Imperatoris, Josephi Primi, nec non operis promotorum insignibus, in ipso templi fundamine fuerunt depositæ.

Templi structura alacriter cœpta & strenue continuata, faustum & sat celerem naœta est successum, turris vero consumatio post quatuor demum decennia, propter nimias expensas, temporumque vicissitudines, Anno MDCCL, locum habere potuit, quam perficere & corona, idest globo, cruce & stella ornatam sistere, filiis patrum contigit, defunctis maxima ex parte fundationis auctoribus testibusque. Hanc turris consumationem & coronationem pastor tum coetus germanici, scholæque Inspector, Ioannes Godofredus Schuardt, tuse descriptam, foundationis primordiis addidit, indeque volumen calamo nitidissime exaratum in charta membranæ, globo in summitate turris erato, inclusum fuit, in perpetuam rei memoriam.

At, proh dolor! perpetuitatis spes fecellit auctores, post duo enim coronationis decennia, Anno MDCCLXX, templi turrisque corona, tem-

pestatis injuria labefactata & fracta , ventorum impetu decussa est , post bienium vero restaurata , turrisque priori splendori reddita fuit . Casus illius infausti , damnique reparati historiam , ministerii ecclesiastici tum Senior , Scholæ Inspector , nec non Consistorii Cæsareo - Regii aug. conf. Teschin . Assessor , Tobias Schubert , litteris mandatam , volumini priori ad junxit ; hinc volumen tripartitum , denuo in charta nobili scriptum , inque novi globi vacuitate depositum , futuri temporis fatum expeclat .

Completo jam primo restituti cultus religiosi seculo , visum fuit unico e veterum pastorum numero superstiti , decrepito quidem , verum haud otioso eventum spectator , Traugott Bartelmus , Ecclesiarum aug. confess. per Silesiam Cæsareo - Regiam & Moraviam , olim et Galiciam Superintendenti , nec non Scholæ Inspector , ducere ad finem historiæ filum , additisque momentis memoratu dignis , claudere seculi primi januam .

Noscant ergo pie defunctorum patrum , avorum & proavorum filii , nepotes ac pronepotes , quibus hac æde sacra , adcelebrandam Dei gloriam , & promovendam animarum salutem , uti datur dabiturque , quæ eidem contigerint læta , quæ vero evenerint tristiasata , & quæ itidem acciderint currente seculo primo , rerum temporumque vicissitudines .

Noscant non solum præcipua eventuum momenta , verum etiam meditatione seria , menteque gratissima prosequantur Summi Numinis providentiam , ædi huic sacræ invigilantem . Discant venerari benignissimum religiose libertatis auctorem ac conservatorem , cultu non merè externo , sed potissimum interno , animo & veritate peracto !!

Præstent Augustissimis Austræ Imperatoribus , largitoribus custodib usque clementissimis munericis auro carioris , fidelitatis & obsequii spontanci debita !

Faxit Deus Ter Optimus Maximus , ut floreat ad seculorum usque consumationem Imperium Austriacum !

Utque vigeant sub ejus tutamine res protestantium ecclesiasticæ in perpetuum !



ACCIPE LECTOR

Quicunque demum fueris, Utinam! non nisi post multorum annorum decursum!

Hanc chartam membraneam, quæ te legentem informare potest & debet, & quidem ante omnia de iis, quæ nostri Antecessores in fundamento ædis hujus sacræ in memoriam olim reposuerunt Posteritati.

En vero ista sic se habent:

J. N. J.

Felices utinam iferumque felices posteri! — t

Quibus forte videre hic reposita dabitur,

Hæc accipite

Memoriæ, Devotionis, Charitatis Informationisque Monumenta!

Dimidium & quod excurrit præterlapsum erat Seculi, ex quo incolæ Ducatus hujus Teschinensis, augustanæ confessioni invariatae addicti, liberum religionis exercitium avidissime expectabant.

Tempore ruente multi obdormivere, neutquam omnes:

Felicia namque Fata

Constantiam patrum, imitationem filiorum, spem omnium, id est, aliquot Millium tandem coronarunt.

Inquiritis in gaudii hujus Fundamenta?

Tabella argentea apposita refert:

E s t n e m p e

J E S U S C H R I S T U S

Fundamen salutis vere creditibus, firme constantibus; in cuius manus cor regis, sicuti divisiones aquarum, ut quocunque voluerit, inclinet illud.—

E t e c c e!

B.

Augu-

Augustissimi Seculi nostri Monarchæ, summus ille cor inclinavit Monarcha!

E s t h i c

J O S E P H U S P R I M U S

Romanorum Imperator Semper Augustus, Hung: Bohem: Rex &c. &c.
Cæsar, Rex, Princeps, Dominus Optimus, Maximus, Clementissimus,
Gratiosissimus, Nomine Patris Patriæ verè dignissimus amore & timore
sceptris plane divinis suos gubernans.

H u n c

Subditorum Ducatus hujus evangelicorum fides immota ad gratiam
omnimodam, preces devotissimæ ad hanc singularem commovere.

Quod enim olim vix privatim licuit profiteri, jam publicelicit:
Esse nimirum Fundamenta Fidei nostræ

B I B L I A.

Sie superædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum,
sumnum habemus lapidem angularem

I E S U M C H R I S T U M
ut neque possimus falli, neque timeamus labi.

D e n u n c i a n s

hoc nunquam non commemorandæ clementiæ genus, est Pl. c. Tit. Dn.

Dn. Georgius Ludovicus Comes de Zinzendorf &c. &c. &
Pl. c. Tit. Dn. Dn. Adam Wenceslaus Comes de Tenczin, Toparcha in
Konska, Zamarsk, Kostkowic & Padlesy &c.

Sacr. Cæs. Reg. Majestat. Consiliarius intimus & Camerarius, ut & Ca-
pitaneus Ducatus Teschin.

H i e n i m

Summi Principis Commissarii facti, locum hunc, haetenus hortum an-
no Iesu 1709 die 6ta cal. Maji

, designarunt

Ut viridiaria spiritus Sti evangelica, Templo alsignata, juxta & do-
mus necessariæ hic exstruantur atque protegantur.

De

De his gaudet Tota Cohors Evangelicorum ;

Ex his est

Pl. Tit. Dn. Da. Dn. de Promnitz , Sunnek & Henkel

Comitum Triga , quorum

Ille Erdmannus S. R. J. Comes de Promnitz , L. St. Sil. in Plessa
ut & in Soravia , Triebel & Naumburg , Dominus in Klitschdorf , Krep-
pelhof , Janowitz & Olsnitz ;

Iste Julius Theophilus Comes de Sunnek , L. B. de Jessenitz , Do-
minus in Budiatin , Orawa & Bilizio ;

Hi Ioann: Ernestus Wenceslaus Ludovicus , Erdmannus Henricus Fra-
tres germani , Comites de Henkel , Domini iu Oderberg & Pelzig :

Qui conjunctis viribus negotia hæc sancta , promotione candida co-
mitantur.

Id ipsum statuminans est

Pl. c. Tit. Dn. Dn. Dn. Antistitum Trias Ferdinandus Henr. L. B. de
Sobek & Kornitz , Toparcha in Mega Ochabie , Director , cuj evange-
lium hoc evangelicis primum deferre datum fuit.

Georgius Fridericus L. B. de Bludowsky & Niederbludowitz , To-
parcha in Drachomischel , Pruchna , Rychult , Bonkow , Hazlach , O-
chab , Perstetz & Grunau &c.

Ioannes Georgius de Zierowsky & Zierowa Toparcha in Toschonowitz ,

Quorum cura & directione successit opus Domini ,

Est tandem

AUGUSTANA CONFESSIO invariata , cuius confessores orthodo-
xos liberum religionis manet Exercitium .

I S T A

Viventibus veneranda , posteris meditanda sissimus .

Adsit JESUS ecclesiæ sui nominis sine fine !

Perennet Josephus , felix Imperio , felix Stemmate , sine occasu !

Innotescant Biblia sine corruptione !

Vigeat comes de Zinzendorf sine noxa!
Vireat comes de Tenczin sine marcore!
Crescat Trias Comitum sine impedimento!
Floreat ordinum Triga sine adversitate!
Persistat augustana Confessio invariata, sine variatione!
Hæc d. III. Idib. Octobr. anno Christi 1710.
Die quippe & anno, quo fundamenta templi ponebantur
Ex Verbi divini Ministris h. t. superstes
Iohannes Muthmaun Archidiaconus notat, reponit, vovet.

HUICCE FUNDAMENTO

Superstructa est ædes hæc saera, & quidem intervallo temporis sat longo præterlapsa, ob varia rerum discrimina, vario & multiplici, mox lætis & secundis auspiciis feliciter promota, mox tristibus fatis & casibus interrupta ac impedita —

Eheu! amisimus enim

Josephum Primum ævi sui Cyrum, & Carolum Sextum, Fratrem & Successorem illum anno 1711 die 17 Apr. hunc vero 1740 dic 20 Octob.

Imperatores, Principes, Felices, Pios

A m i s i n u s . i t e m

Omnis fere in lineis præcedentibus cum laude memoratos.

Comites de Zinzendorf & de Tenczyn,

Commissarios quondam Cæsareos, ad locum hunc designandum constitutos,

Comitum de Promnitz, de Sannek & de Henkel Trigam

Unico tamen comite Erdmanno Henrico de Henkel,

Dynasta in Oderberg & Pelzig, superstitie.

— 9 —

Tandem Antistites illorum temporum meritissimos

L. B. de Sobek & Kornitz

L. B. de Bludowsky,

Dn. de Zierowsky & Zierowa.

Cum Collegis successoribus eorundem, tantum non omnibus, scilicet
Rudolpho L. B. de Skrbensky, Dynasta in Steinau,

Ioan: Leopold: L. B. de Wilamowsky, Dynasta in Miedzyswietz,

Nicolao de Bludowsky, Dynasta in Gurek,

Georg: Frider: de Remultowsky, Dynasta in Bludowitz,

Godofredo de Logau & Altendorf, Dynasta in Trzicierz

solo nobis relicto unico ex ipsorum gremio & numero:

Carolo Leopoldo de Fragstein & Nimsdorf olim Dynasta in Po-
gorz, & Capitaneo Liberi Baronatus Plesnensis, nunc in solatuim tu-
telamque nostram, inter nos privatam vivente vitam, quam longævam
esse jubeat supremum in cœlis Numen, bonum ecclesiastico - scholasti-
cum, cum omnibus bonis vovet, flagitat, exorat!

Adjuncti eidem non solum a statibus hujus-

Ducatus evangelicis Deputati, sed etiam

Cæsarea Regiaque Majestate

M A R I A T H E R E S I A

Filia Caroli Sexti Imperatoris natu majore & Francisco Primo; Sa-
cri Romani Imperii Cæsari, Magno Duci Hetruriæ, Principi & Domi-
no nostro longe clementissimo nupta.

Omnium regnum & terrarum avitarum ex ase-

H æ r e d e

Principe & Domina nostra gratiosissima confirmati, & per

Carolum Francissum L. B. de Skrbensky & Hrystie Dynastam in
Schœnhof, Bartelsdorf, Gottschdorf, Riegersdorf &c, Cæsareo - Regiæ

Majestatis Consiliarium intimum & Camerarium, nec non Capitaneum
Ducatus hujus, publicati;

Erdmannus de Marklowsky L. B. de Pernstein, Dynasta in Grodzietz, Bielowitzko, Rostropirz, Gurek, Toschonowitz & Zywotitz.

Ioannes Wenceslaus de Karwinsky, Dynasta in Bludowitz.

Ioannes Carolus Leopoldus de Radötzky & Radotz Inter haec & alia contigit nobis ista felicitas, ut tandem, quod Dei solius est gratia,

Aedes haec sacra exedificata sit:

Vides enim Coronidem operi impositam, sidicet, Turrem, Capite, Cruce & Stella teatam, & hodie non sine omni exornatam. His paribus non nisi

J E S U M C H R I S T U M

in triplici sui officii mediatorii genere, nobis ad umbratum esse scias: illum enim

Unicum Caput suæ, quæ hic colligitur Ecclesiæ, de & submississime veneramur, cuius etiam Crucem, qua omnibus gratiam & salutem promeruit, fiducia & spe exosculamur;

E u m q u e v e l u t i

Stellam nostram, ex Jacobo ortam, viamque ad vitam monstrantem decentemque unice sequimur; Atque sic.

Qui fundamen est, est etiam caput,
Alpha idem, idem & Omega. Principium

& F i n i s.

Promotores hujus operis fuere & supra memoratus, iterumque non sine laude memorandus,

Carolus Leopoldus de Fragstein cum tribus è statuam hujus Ducatus evangelicorum numero in adjutorium adjunctis Sociis,

Adol-

— ii —

Adolpho Boguslawic de Schmeling, Dynasta in Hazlach,

Ludovico de Nostitz . Dynasta in Suchau.

Petro de Marklowsky, Dynasta in Pogwizdau.

Quorum quilibet pro virili, consiliis, itineribus, litteris, aliisque curis,
solicitudine & inspectione, suum lapidem movit: &

Ex ordine Ministrorum Verbi Divini quorum nomina h, t, sunt

Wilhelminus Christianus Heinrici,

Ioannes Godofredus Schuchardt,

Ioannes Krieger,

Tobias Schubert,

Ioannes Krieger, Gnoynikio - Teschinensis

quippe qui iniunus onusque non tantum curatoris turris ex ædificande, sed
etiam dispensatoris pecuniarum & sumtuum, quæs partim

Ex Legato Sunnekiano ad ædificationem destinato; partim ex sub-
sidiis eleemosynisque multorum, eorumque ut plurimum mediocris & in-
fimæ sortis, immo pauperiorum hominum accepit, collegit & in rati-
ones induxit fideliter;

Immo Inspectoris nunquam non urgentis & commpellentis, quamquam
quia sua sponte propenso & prolixo animo, & non exiguo numero
operam mercenariam faciebant, nullo alieno impulsu indigebant, tam im-
pigre sublinuit, quam feliciter executus est.

S i c t a n d e m

Hodierno die XIV Septembr. anno Christi MDCCL quoad ex-
terna ad finem perduxit, quod ex gratia sue quondam erat au picatus

D E U S T E R O P T I M U S M A X I M U S
euj sit gloria per Jesum Christum, nunc & in secula seculorum! A men,

Tam fector claude chartam , & abiturus ingemisce nobiscum , qui capitulum hocce clausimus , his votis :

Christe ! caput nostrum ! tege nos , obsiste periclis ,
Crux tua nos salvet , stella & nos ducat ad astra !

OBSTITIT PERICLIS

Quod claudentes capitulum votis precabamur devotis .

I S.

Cujus honori , cultui , nomini , ædes hæc sacra , tandem exædifica-
ta , turrique tanquam corona exornata , dicata est ,

J E S U S C H R I S T U S

Turris fortissima , Petra in secula !

Anno Seculi currentis MDCCLXI Mense Aug. die XII Exorta
tempestate horrifera , fulgura fulminaque per aerem volitania , civitati ædi-
bus , turribus , minabantur non solum , sed tetigerunt etiam præteralia lo-
ca , hanc quoque ædem nunquam ante cœlitus tacitam , fulmine per fene-
strem in parte inferiori lateris , quod foribus sub turri sinistrum est , tre-
mendo iætu irrumpente , murumque sursum versus hinc inde perforante &
perfringente : Ast divina tutante gratia sine incendio alioque casu acerbo
turri sarta tecta & illæsa protinus erum pente .

A t e n i m v e r o

Quæcumque hominum manus exegerat opera , caduca sunt , fallacia
casui , ruinæ obnoxia .

E c q u i s i l l o r u m

Qui ingenti numero præsentes , de turri jam extorta , coronaque
exornata , impense lætabantur , vel divinando præfigire potuisset , solo vi-
gin-

ginti annorum spatio effuso, ædi huic ingemiscendum fore:

Cecidit Corona Capitis mei!

Ast accidit proh dolor!

Columna enim lignea, quæ globum turris sustentabat, pluviis nivibusque per ignotas rimes deorsum sese insinuantibus, sensim sensimque putrescente, eaque re oneri suo ferendo, ventorumque impetus sustinendo, impari reddita, in curvati non solum cœpit globus sat gravis, minarique malum, verum etiam viis omnibus, antevertendi perriculo, præclusis Anno MDCCCLXX Mense Novembr. die XXVI venis quam maxime fæciantibus, tempore vespertino decussus, non sine fragore decidit, turrimque capite & corona privavit: Id quod

Male Sioni volentibus materiam in sinu gaudendi,

Bene volentibus ingemiscendi, præbuit —

S e d a b s i t

Ut ingemiscendi solummodo, verum etiam effusè letandi de novo providæ tutelæ experimento, qua Jesus hanc Domum suam tegit, effectique & Hic, ut sine ullius noxa & infortunio, casus ille inopinatus acciderit.

Iam mortalitatis exuvias de posuerat, quo imperante turris ad finem desideratum perducta fuerat,

F R A N C I S C U S P R I M U S,

Romanum Imperator, Magnus Hetruriæ Dux &c. &c. hujusque simul Principatus Teschinensis Princeps & Dominus clementissimus, cuius loco

J O S E P H U S S E C U N D U S

Filius, jam per annos aliquot ad Gubernacula Imperii Romano-Germanici sedebat;

Principatus vero Teschinensis
Serenissimis Conjugibus

Christinæ Archiducissæ Austriæ, &
Alberto Casimiro, Principi Regio
Poloniæ & Duci Saxonizæ, sub titulo

Ducum Saxo - Teschiniensium
magno nobis beneficio contigerat.

S e d

Prooidebat adhuc materno affectu, saluti avitarum

Terrarum Austriacarum

M A R I A T H E R E S I A

Imperatrix Vidua, Hung. Bohem. &c. &c.

R e g i n a S e r e n i s s i m a

longissimo, quod mortalibus dari potest, ævo una omnium dignissima,
Principatus vero prosperitati, post tata patris, Capitanei de Teschiniensibus immortaliter meriti, ejusdem officii auctoritate, prospiciebat
Filius, paternis insistens vestigiis, paternæ gloriæ æmulus

Otto L. B. da Skrbensky & Hristiè Dynasta in Schoenhoef & reliqua.

Iam obdormiverant placide, qnorum consilio, labore & studio Tri-
xis exædificata, suaque corona cincta fuerat.

Periltustres & Generosissimi Domini, Ecclesiæ scholæque Antistites
optime meriti, solo in vivis superstite Carolo Leopoldo de Fragstein,

Eorumque loco curam Vineæ Domini nunc gerebant
Leopoldus Theophilus L. B. de Calisch Dynasta in Grodvietz &c. &c.

Carolus Bernhardus de Russetzky Dynasta in Mega - Trzanowitz.

Ernestus Constantius de Karwinsky Dynasta in Meso - Bludowitz.

Qui mature de resarciendo damno, consilia agitabant, & quæ ne-
cessaria videbantur, apparabant, tandemque accitis reliquis religionis
evangelicæ in hoc principatu statibus, re omni, communicatis consiliis,
probe pensitata;

Hoc anno Seculi ad finem vergentis Septuagesimo Secundo
ad restaurandam Turrem, strenue se accinxerunt:

Utque opus tam arduum & maguarum impensarum, in loco præsen-
tem habeat, qui ei invigilet, illudque urgeat, eujusque sub oculis atten-
tis feliciter cedat, id fidei commissum fuit.

Generosissimi Domini Theoph. Rudolph. de Tschammer hic loci de-
gentis, alioque iam modo, utpote ærario ecclesiastico Præfectus, de re-
bus nostris præclare merentis.

Adjunctus illi est, ut oneris partem sustineret, manusque porrigeret,
è numero Ministrorum Verbi divini, qui erant

Tobias Schubert, solus è numero superius indicatorum, in vivis
superstes

Traugott Bartelmus

Ioan. Glaubegott Leberecht Fabry

Christianus Theophilus Frölich

secundo loco nominatus, Traugott Bartelmus.

D o m i n u s p r o v i d i t

Annus erat propter annonæ caritatem, post secundæ iam æstatis gra-
cilem messem in secutam, perquam difficilis

A s t n o n o b s t a n t e

Re angusta domi, non pauci numero benefactores, sortis, ordinis, ge-
neris, statusque varii, divino impulsi nutu, aperuerunt corda manusque, &
ex beneplacito erga Domum Domini obtulerunt sponte sua, quæ paupertati
nostræ, ad sumtus faciendos ingentes, adjumento erant, aliis, ut antea
factum fuerat, opera manuaria inchoatum opus alacriter promoventi-
bus, cæteris alia ratione æreola sua prompte adjcentibus, atque ita li-
cuit nobis esse tam beatis, ut

Deo Triuno Jesuque in primis

cujuſ nomen hæc ædes gerit, propicio,
Singulis, quorum curæ & vigilantiæ concretum erat, pro virili res
ſuas agentibus, feliciter & ex volo restauratum fuerit id, quod præter opini
onem deſtruclum erat.

Anno Christi MDCCCLXXII Mense Julio die XVIII.

Turris hæc

Eodem quo ante globo, ſed restaurato, & in anguſtiorē formam
diametri minoris redacto, cum Cruce & Stella, denuo exornata, & in
ſlatum pristinum reſtituta eſt. Id quod fauſtum, felix fortunatumque &
per longiſſimos annorum traſitus durabile eſſe jubeat

I s

Qui ſedet ad Dextram Patris omnipotentis, atque ad hos montium
radices domum ædificavit

Nomini ſuo

J E S U S C H R I S T U S

Heri & hodie idem & in Secula!

Posteri, qui olim naſcemini, hæcque legetis, gloriemini nobiscum!

Christe! tuum Nomen noſtra eſt fortiſſima Turris,

Quam eufus nullus, ſecula nulla movent!

STETIT IMMOTA ÆQUE AC ILLÆSA

ſub tutamine capitis noſtri fortiſſimi

J E S U C H R I S T I

ad finem uſque Seculi priui ædes hæc ſacra & turris restaurata,

Quam

Q u a m q u a m

post casum supra memoratum posterior bis fulmine denū fuerit tacta.

E n i m v e r o

Anno MDCCLXXXIII die XXIX Junii Festo Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, inter sacra pomeridiana catechetica, fulmen de turri delapsum per januam templi apertam irrumpens, ambonam Ministro tum vacuam, petuit, & in lignea

C H R I S T I T R I U M P H A N T I S

statua in apice posita, sine notabili hominum præsentium æque ac ecclesiæ noxa, extinctum est.

Tentavit tertia vice

inter imbræ vehementes vim suam in Turri

Fulmen horrendum

Anno MDCCLXXXVII die I. Junij

Q u o d

circa horam quintam pomeridiæ Turrim tangens in forma globi ignei sat magni in terram delapsum, inque duos globos minores divisum, sine turris templique detimento defluxit, & sulphuris vestigia in aqua reliquit,

Manserunt itidem

Quod Dei omnipotentis est gratia æternum laudanda,

Immota Templi fundamina

ante seculum in Petra nunquam concussa

J E S U C H R I S T O

devotè ac fideliter jaclla, sustinendo

Trinos terræ motuum impetus

Quorum primus Anno MDCCLXXXV die XVII Aug. Alter An-

sequenti die XXVIII Februari. Tertius eodem anno die III Decembr,
tempore vespertino, regionis hujus

Fundamenta concusserunt,

Nullis tamen in æde sacra relictis noxæ vestigiis.

Quæ naturæ molimina

avorum memoria in patria nostra nunquam fuere frequentata.

His obviam ire

Non datum est hominum ingenio:

At fulminis naturam & directionem experiri licuit attentis rerum
physicarum scrutatoribus.

Hinc

Collatis inter se fulminis ictibus in turri obviis, suadente Ministerii
Seniore Bartelmuſ, captum fuit consilium de applicando in turris periphœria invento Franklini, ad colligendam & in locum minus noxiū derivandam fulminis materiam, id quod Anno MDCCLXXXVIII ita effectum est feliciter, ut ab illo usque tempore fulgura turrim tangentia, in filo ferreo in terram deducantur,

Tautum ædi huic sacræ profuit hominis acumen.

Multo tamen magis ejdem cæterisque ecclesiæ adificus profuit

Summi Numinis jugiter vigilans Providentia, quæ sola, deficiente
omni humana ope,

Horrendum Incendium

Anno MDCCLXXXIX die VI mens. Maii tempore matutino in
suburbio vicino eruptum, inque ruinam ejusdem, nec non totius civitatis
versum, à loco hoc mirum in modum arcuit, teatique cuncta ecclesiæ pro-
pria, sarta conservavit;

Quæ

Q u a

in his verum angustiis refugium hospitiumque præbuerunt **Officialibus**
Cæsareo - Regiis

N e e n o n

Scholæ romano - catholiceæ, pro instituenda juventute, per vim flammæ-
rum & cinerum cumulos, è civitate suoque loco expulsa.

His divinæ elementiæ documentis iterum iterumque repetitis.

Non minora immo longe majora moderante hominum fata Summo
Numine, Augustanæ Confessionis cultoribus, contigerunt religionis cultus-
que Commoda & Incrementa.

Vitæ æque ac Imperii cursum absolverat

M A R I A T H E R E S I A

Romanorum Imperatrix Vidua, Hung. Boh. &c. &c. Regina omni lau-
de superior.

Anno MDCCLXXX die XXIX Novembr. cujus exequiæ ult. De-
cembr. ejusdem anni in ecclesia haccaug. conf. solennissime fuere peractæ.

Sumserat ergo tenebatque alacriter Monarchiæ Austriacæ regendæ frena

J O S E P H U S S E C U N D U S

Romanorum Imperator Semper Augustus, Hung. Bohem. &c. &c. Rex,
Princeps ac Dominus clementissimus, sapientissimusque

S e c u l i s u i v e r e C y r u s

Prudentiæ gloriæque Antecessoris quondam Josephi Primi strenuus ænulus

H i c

Primo autocratoriæ suæ Anno, id est MDCCXXXI die XIII Octobr.
signavit promulgavitque

E d i c t u m T o l e r a n t i æ c h r i s t i a n æ

liberum sistens religionis exercitium omnibus Christi doctrinam profiteuti-
bus in Monarchia Austriaca,

H o c c e E d i c t u m

excepit declaratio publici juris facta, vi cuius cujlibet licuit, eligere sibi confessionis cultusque divini formam, quam quisque è conscientiae suæ dilectione maxime probaret.

H i s

Prudentiae æque ac Philantropiae tesseris, in vulgus editis, maximopere gavisi sunt omnes Josephi subditi, à religionis dominantis professione palam vel clam alieni, præsertim quum iisdem

Facultas exstruendi Oratoria, cultui probato propria, concessa fuerit.

H a c L i b e r t a t e

diu multumque desiderata usi doctrinæ evangelicæ amatores, maxime vero illi, qui olim ab hisce sacris arcebantur, in Ducatu Teschinensi

Anno MDCCLXXXII turmatim sacra hæc amplexi sunt, hosque secuta est haud exigua pars plebis antea à simili professione alienæ.

H a c e r g o r a t i o n e

auctus fuit insigniter numerus confessionem augustanam profidentium, cui insinuū recipiendo non sufficiebat ædes sacra Teschinij extracta, itaque

In solo circulo Teschinensi sensim erat pastoribusque instructa fuere decem Oratoria in quibus ad normam Ecclesiæ Teschinensis cultus divinus peragitur.

Dimittere ergo coacta fuit Ecclesia Teschinensis, protestantium omnium in his regionibus degentium, vere

M a t e r N u t r i x q u e

filios filiasque ad latus fideliter educatas,

Ipsa vero æque ac Schola

non levem auditorum, docentium ac discentium, nec non redditum patitur jacloram.

Tristia Lætis
misere placuit supremo rerum moderatori —
Horret animus luctuque refugit, rependens,
Augustissimorum Principum nostrorum Fata —

Eheu enim!

JOSEPHUS SECUNDUS
Romanorum Imperator, Hung. Bohem. &c. &c. Rex &c. &c.

Liberi religionis exercitii amplificator, Posterorum, imprimis protestantium gratissima memoria æternum colendus, diem obiit supremum

Anno MDCCCLXXXX die XX Febr. cuius funebria solemnia maximo cum mœrore omnium in eeclesia aug. conf. Teschinensi die XXI Martii ejusdem anni fuere peracta

Hujus Successor

LEOPOLDUS SECUNDUS

Romanorum Imperator Semper Augustus Hung. Bohem. &c. &c. Rex, Magnus Hetruriæ Dux &c. Josephi Secundi frater germanus natu minor.

Quem eodem quo antecessorem amoris & venerationis cultu prosecuti sunt omnes

Post biennium Gubernationis Austriacæ Anno MDCCCLXXXII die I. Martii proh dolor morte præmatura, planeque inopinata Monachie, Orbi familiæque suæ eruptus est.

Hujus quoque Patris patriæ obitum omnibus acerbum, ecclesia aug. Confel. Teschinensis, una cum singulis oratoriorum concionibus die XV April, cærimonia funebri peracta deploravit.

Successit Patri

Filius ejusdem natu major

F

FRAN.

F R A N C I S C U S S E C U N D U S

Romanorum Imperator Semper Augustus Hung. Bohem. &c. &c. Rex &c.

Princeps Optimus, Dominus Clementissimus

Iam Monarchia Austriacæ Imperator hocque respectu

F R A N C I S C U S P R I M U S

C u j u s

Sub Imperio sapientissimo & verè philanthropico, quod Rex Regum, Dominus Dominorum longævum ac faustissimum esse jubeat!

Res protestantium ecclesiasticæ á Josepho Primo clementissime restitutæ á Josepho Secundo autem insigniter auctæ sine impedimento florent!

Quæ præterea
ædi huic sacræ contigerunt jucunda, non sunt plane taciturnitate tegenda:

P o s t P a c e m T e s c h i n i j

Anno MDCCCLXXIX die XIII Mens. Maij sub auspiciis divinis
feliciter conclusam.

I m p e r a t o r J o s e p h u s S e c u n d u s

jam beatissimæ ac gloriosissimæ Memoriæ visitans loca defensioni destinata prope Teschinium, equo insidens & per territorium ecclesiæ transiens die XXII Mens. Augusti, post meridiem, dignatus est clementissime colloqui cum tribus ecclesiæ hujus Ministris ante templi fores eundem submissæ venerantibus, quibus abiens curam animarum commendavit

H i v e r o v i c i s s i m

Supplices orarunt, ut benignissimus Patriæ Pater hunc evangelicorum subditorum cœtum, eorumque res ecclesiasticas sibi commendatas esse velit.

Anno

Anno vero MDCCCIV die XXIII Mens. Aug. Princeps Regius Poloniæ
Serenissimus Dux Saxo-Teschiniensis

Ducatus hujus Dominus clementissimus

A L B E R T U S C A S I M I R U S

ante meridiem hora X. Urbem arcemque sua beavit præsentia.

Degens in arce tanquam hospitio, non solum Antistitem ecclesiæ evaogelicæ, duosque verbi divini Ministros, aditum una flagitantes, benipnissimè excepit, & indulgentissime audivit; Verum etiam hoc ipso adventus die hora post meridiem V. & quidem proprio motu, inter strepitum concurrentis undique spectatorum turbæ, ad ædem hanc sacram accessit, eamque per ianuam altari oppositam intravit.

Stans in medio Templi
oculis attentis lustravit omnia, accepitque quam ipse desiderabat de fundatione & statu hujus ecclesiæ informationem succinctam;

Q u a a c c e p t a

Non sine delectationis indicio in arem hospitium suum revertit.

Q u a m

à Principe optimo huic ecclesiæ ultro præstitam salutationem Summum Numen omen faustissimum esse jubeat!

A n t i s t i t u m E c c l e s i æ h u j u s

Qui post turrim restauratam curam vineæ Domini gesserunt, quorumque nomina alibi sunt quærenda, non prorsus omittenda est memoria.

Succeserunt supra memoratis è gremio statuum evangelicorum Plu-

Monus
Historia
Cecile
Tesch
August

res, quorum quidam seculo primo ad finem properante, naturæ debitum persolvere coacti fuere, aliis vere muneris spartam sponte deponere visum est, hinc accidit, quod olim usu non venerat, ut in unum eumque solum

Dominum Erdmannum de Klettenhof

Dynastam in Grodziszcz.

terum ecclesiasticarum cura omnis devoluta sit.

Bb II 44

Christe! caput nostrum! precibus jam flectere nostris,

Ut vias hinc inde malis, meliora sequantur,

Et tandem possitis respirent secula bellis!